



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvando voluntatem Virginum Deo dicandarum explorare poßit?
Allegatio C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

propter eius singulare doctrinam operæpretium duxi.

22 Queret aliquis an nouitius Canonicus vocandus necessarius sit ad electionem Episcopi, aut aliquis beneficii Canonicis competentem? in qua quæst. ex eo quod vere Canonicus sit illum vocandum esse tenent *Archid. in capite beneficium, nu. 1. verbo assensus de Regular. in 6. Card. in Clem. fin. num. 8. quæst. 10. cod. tit. Bertachin. de gabelis par. 7. princ. numer. 56. Mandos. in casibus annalibus numer. 66. casu 197. Verius tamen existimo non esse vocandum, quamuis iure eligendi priuatus minime sit, legitima namque religionis causa rite, & legitime abesse censetur *Glof. verbo conferendum in d. cap. beneficium ubi Monach. num. 2. & ceteri scribentes, Tap. in auth. ingressi verbo sua capite 2. numero 8. C. de sacros. Eccles. l. el. Zechi. de Regub. ecclesiast. tit. de Regularibus capite 3. n. 10. Azgr. institut. moral. p. 1. libro decimo secundo, capite 2. quæst. 1. ubi etiam addit prædictum nouitium non posse procuratorem constituere ad eligendum ut pote qui necessarius ad electionem vocandus non est.**

23 Illud tamen pro complemento huius Alleg. aduertendum duxi prædictum *Cencil. Trid. decretum* non habere locum in nouitiis Societatis lesu, qui possunt renuntiare bonis in fauorem Societatis, vel cuiuscunque non seruata ea forma, nec expectato bimessuri ante professionem, vel ante vota biennij, ex constit. eiusdem Societatis, quæ omnino per decretum *Cencilij in d. cap. 16. vers. Per hæc*, ac tummos Pontifices *Pium V. Gregor. XIII. & sequentes* approbantur, quare ita tollunt *Fr. Emman. tom. 2. q. 47. art. ult. Emman. sa verbo religio numero nono. Molina de iustit. d. tract. disputat. 139. vers. sic. antequam. Lessi. dist. libro 2. cap. 41. dub. 4. numer. 41. quos refert & sequitur Sanch. d. cap. 5. numero nono.*

SYMMARIUM.

1 Episcopus vel illo impedito eius vicarius, aut ab eis deputati quomodo voluntatem virginum Deo dicandarum explorare teneantur, ostenditur.

2 Doctores referuntur materiam tractantes *Cencil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 17.*

3 Puellis quæ sumpserunt sacrum habitum in aliquo Monasterio, debet ab Ordinario certus dierum numerus præfigi intra quem debent declarare utrum velint professionem emittere, vel non.

4 Voluntas puellæ Deo dicandæ exploranda est per Episcopum tam ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem, tam in monasterio sibi subiecto, quam in alijs ab eius iurisdictione exemptis.

5 Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere, sed expectandum tempus faciendæ professionis.

6 Episcopus non ingreditur claustrum, sed stat ante fenestellam, cancellorum, cum explorat puellæ voluntatem.

7 Puella inclusa per vim in monasterio, debet inde educi, si tamen monialis officij velit desiderij sui compos esse facienda, licet eius pater contradicat.

8 Vicarius generalis voluntatem virginis explorationem facere non potest, nisi Episcopo impedito.

9 Exploratio prædictarum si neutra fiat non est professio nulla.

10 Episcopus potest animaduertere contra Abbatissas, aliasque superiores habitum sacrum dantes, vel patientes profiteri moniales absque dicta exploratione.

EPISCOPVS QUANDO voluntatem Virginum Deo dicandarum explorare possit?

ALLEGATIO C.

1 Pertinet ad Episcopum, vel eo impedito ad eius Vicarium, aut aliquem eorum sumptibus ab eis deputatum, explorare virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat, & si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterij illius, & Ordinis regulam, necnon monasterium fuerit idoneum libere ei profiteri liceat, & præfecta monasterij vno mense ante de huiusmodi professione significare debet Episcopo, alioquin posset suspendi ab officio ad libitum Episcopi, ut disponit *Cencil. Trident. sess. 25. de Reg. cap. 17.*

2 De cuius materia vide *praxim Episcop. par. 1. verbo moniales pagina 232. & pag. 258. vers. ad 14. Fusc. de visitat. libro 2. cap. 18. numero 40. praxim nouam Episcop. par. 2. capite 3. numero 55. vers. explorare, Azgr. institut. moral. part. 1. libro 12. caput. 1. col. 1160. Fr. Emman. quæstio. Regular. tom. 3. quæstione 12. art. 2. F. Ioa. de la Cruz de statu religionis, libro 1. capite 7. in fine, Armentar. in addit. ad recap. legum Natur. libro 2. titulo 18. l. 7. de religionibus numer. 37. & 44. cum sequentibus, Sanch. numero 32. cum sequentibus, Campanil. in diuersorio iuris Can. rub. 12. c. 16. à n. 11. vnde Sac. Congr. sic censuit.*

3 Puellis, quæ sumpserunt Sacrum habitum in aliquo monasterio, debet ab Ordinario certus dierum numerus 15. vel 20. præfigi, intra quem deberent declarare utrum velint professionem emittere, vel non: & si noluerint remittendæ sunt ad domos consanguineorum, vel affinium, refert *Campanil. d. c. 16. n. 16. postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit intra 25. dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius de eo se non intromittat, decilum referunt Armentar. d. loco n. 45. & Galett. in margarita casuum consci. verbo nouitij, ult. Campanil. d. c. 16. n. 10.*

4 Voluntas puellæ exploranda est, non solum quando professionem emittere procurat, de quo casu loquuntur supra citati Doctores, sed etiam quando habitum suscipere intendit, ita ut spectet ad Episcopum, tam ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem d. puellæ voluntatē explorare, non obstante quod monasterium sit Regularibus subiectum, vel alias ab eius iurisdictione exemptum, & si prior exploratio non fuerit facta, sufficit quod fiat secunda, & hoc totum fuisse decilum referunt *praxis noua Episc. d. loco, Campanil. d. c. 16. n. 10. & 11. Armentar. d. loco n. 37. & 46. & 50.*

5 Ordinarius non debet explorare voluntatē puellæ, quæ habitum recipit in monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere, sed

E c iij

expectandum tempus faciendæ professionis, & tunc si sit suspicio, inuestigetur à monialibus pro suo officio curabit inde duci ad exteriorem Ecclesiam monasterij, vel in aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis conuenire iudicauerit, ibi voluntatem eius exquirere possit. At si nulla sit suspicio, & nullam aliam iustam causam subesse apparebit, tunc in alio loco quam ad erates ferreas monasterij voluntatem puella explorabit. Ita decimum referunt *Armeniariz*, dicto loco numero 48. *Campanil*, dicto capite 16. numero 15. In hac voluntatis exploratione, seu alio simili actu cum sit in ipso monasterio Episcopus non ingrediatur clauſuram, sed stet ante fenestellam cancellorum examinando mentem ipsius puellæ, vt aduertit *Fufcus d. num. 40. in fine*, & refert decimum *Campanil. d. n. 15.*

7. Puella inclusa per vim in monasterio debet inde educi, & si quid damni ob eam causam passa est curare debet Episcopus, vt indemnitati eius provideatur eorum impensis, qui talem illuc intulerunt, qui debent etiam seuerè castigari, sed puella si monialis effici velit, desiderij sui compos est faciendâ, licet pater eius contradicat, refert decimum *Campan. d. cap. 16. numero 12. prope finem*. De pœnis contra cogentes aliquam Virginem, vel viduam, aut aliam mulierem ad ingrediendum monasterium egi in alleg. casuum referuatorum, dum agerem de excommunicationibus nulli referuatis in *Conc. Trid.*

8. Huiusmodi voluntatis explorationem non potest facere Vicarius, nisi Episcopo impedito iuxta Sacri Concilij dispositionem, & notant *Sbroz de officio Vicarij libro 2. questione 207. Narbona de appellat. à Vicar. ad Episcopum p. n. 237.*

9. Si vero Antistes alteram, vel neutram prædictarum explorationum fecerit, cōtra Concilium fecisse censuit *Sacra Congregatio*, addens ab istis Sacris Virginibus, à quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta, sine prædicto examine, nihil Ordinariorum debere suscirari, sed permittere eas in suo statu permanere. In Abbatissas tamen animaduertere posse ait, debereque per eorundem Ordinarium Moniales, earumque Superiores admoneri, ne Virginibus det Sacrum habitum, nec eas patiantur in religione profiteri, nisi prius voluntas earum perspecta sit, & explorata ab eodem Ordinario, & ipsum posse cōtrafacientes coercere non solum pœnis à *Conc. Trid.* statutis, & præscriptis, sed etiam ecclesiasticis censuris, & aliis iuris remediis, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, refert *Campan. d. ca. 16. numero 17.*

S P M M A R I V M.

1. Ordinarius potest professionem ante expletum decimum sextum annum factam nullam declarare.
2. Professionis nullitas si proponatur coram Ordinario, & superiore Regulari, debet intra biennium terminari, quia subintrat dispositio Concilij sess. 24. de reformatio. capite 20.
3. Profiteri nullus valet expresse, nec tacite ante decimum sextum annum expletum, & professio antea facta ipso iure est nulla.
4. Doctores referuntur agentes de materia Concilij Trid.

sess. 25. de Regular. cap. 15.

5. Milites Regulares non comprehenduntur decreto *Conc. Trid.* sess. 25. de Reg. c. 15.

6. Milites S. Steph. non comprehenduntur sub dispositione *Conc. sess. 25. de Reg. c. 15.*

7. Fratres tertij Ordinis non ligantur dispositione *Cōc. sess. 25. de Reg. c. 15.*

8. Hierosolymitani Milites nouo ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto Concilij Trid. sess. 25. de Reg. cap. 15.

9. Puella ad professionem ante decimum sextum annum admitti non potest.

10. Dispensari non potest, vt puella, quæ duodecimum annum non complexit, possit habitum in monasterio suscipere.

11. Puella in ætate duodecim annorum matrimonio coniuncta si religionem sit ingressa, cogendus sponsus quatuor annos expectare vsque dum illa profiteatur.

12. Professio Monachi facta ante decimum sextum annum est nulla.

13. Professionem quorum dictum defectus nullam efficit, ostenditur.

14. Professionem ante decimum sextum annum expletum, vel intra annum probationis valide emittere potest, qui ex voto Religionem ingreditur.

15. Professio in quibusdam Religionibus faciendâ est in decimo octauo ætatis anno si fiat ante illud tempus, post tamē decimum sextum à Concil. Tridentin. expressum, valida est.

16. Annus probationis ante professionem emittendam debet habere Religiosus, alias professio esset nulla.

17. Professio intra annum probationis emissâ nulli obligat, nec in specie, nec in genere Religioni, nec etiam in foro conscientie.

18. Professio durante anno nouitatus emissâ non potest haberi rata, nisi accedat Papæ dispensatio de consensu recipientium, & receptorum.

19. Annus probationis incipit à die susceptionis habitus, siue ab eo die, quo communis sequitur aliorum Religiosorum vita.

20. Annus bissextilis an sit integre finiendus ad professionem emittendam ostenditur.

21. Annus 1582. à quo Gregor. XIII. abſtulit decem dies, integer reputatur ad sacros Ordines, & ad quacunq; officia, vel beneficia.

22. Professio facta in ultimo anni die non est inuvalida.

23. Annus probationis debet esse continuus, & non sufficit interpolatus.

24. Tēpora non coniunguntur in nouitio pro complendo anno probationis.

25. Absentia trium dierum à Conuentu interruptit annū probationis.

26. Professio Monachi ob non seruatum annum probationis intra clauſtra monasterij, dicitur nulla.

27. Anni probationis pars si extra monasterium iuxta de causa cum habitu de Superioris licentia habeatur, non per hoc dicitur discontinuatus.

28. Licentiam ad exeundam in anno nouitatus, vt illa non interruptatur, concedunt Ministri Prouinciales.

29. Habitus Regularis a nouitis deferendus est de essentia atque substantia anni probationis.

30. Probatio debet fieri in habitu monachali.

31. Annus probationis potest impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimum sextum ætatis.

32. Professio facta ante expletum probationis annum est